Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



crux templorum destructio. Crux idolorum repulsio. crux
scandalum iudeorum. Crux perdicio impiorum. crux in uali
dorum uirtus. Crux egrotantium medicus. crux emun
datio leprosorum. Crux paraliticorum requies. crux esurien
tium panis. Crux sicientium fons. crux nudorum protectio.
Auditatem autem cum dixero. non corpoream estimes. sed in fide
litatis perfidiam. Cum autem in xpo crediderit. uestitus inueni
etur. dicente paulo. Quicumque in xpo baptizati estis. xpm
induistis. Xpm autem cum audieris induieris dm et hominem intellege.
Hec eadem sepius dico. et dicens non cessabo. Mihi enim dicere non
pigrum. uobis autem tutum est. Volo enim omnes uos doctores fieri.
Xpc dictus est abunctione nomen diriuans. ihc dictus est ho
mo dominicus. uerbum dicitur. quia de deo et dei uerbum.
filius quomodo de patre unigenitus. quoniam solus de solo. ds quomodo
creator. audi namque iohm dicentem. In principio erat uer
bum. et uerbum erat apud dm. et ds erat uerbum. hoc erat in
principio apud dm. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso fac
tum est nihil. Vides quomodo hic est qui uerbo celum extendit. et ua
rio stellarum ornauit decore. et extendit celum quasi uestimen
tum. hic est qui soli tantum luminis gratiam dedit. hic est qui lune de
corem imposuit. hic est qui terram super aquas fundauit. hic est qui di
uersos eam iussit producere flores. et arborum diuersa genera. fon
tesque ebullire precepit. flumina fluere. congregari lacus. mariq;
terminum imponens. ex aquis quoque producere animantia.
uentos spirare. montes statera appendens. nubibus moueri precepit.
precepit. diuersi generis animalia procreauit. Quod autem de
angelis dicam. de archangelis. de sedibus. de do minationibus.
de cherubim. et seraphim. principatus. et potestates. Item